

incarnacione Domini MXX quintum hec nostra ,orientalis mar-
 chia, que nunc Austria dicitur et necdum ut nunc in ducatum
 profecerat, ab Adelberto (*folgt getilgt* prelii erepta est *Hs.*)
 marchione, Ernesti ducis Suevorum germano, eis jure prelii
 erepta est. ex illo tempore permixtis varie hinc inde rebus 5
 frequenter ex nostris egere predas, ipsi vicissim preda nostrorum
 frequencius. nam usque hodie inter nostros illosque treuge ser-
 vantur interdum, perpetuitas autem pacis (*Hs. paucis*) num-
 quam; ipsa eciam treugarum fides adeo instabilis, adeo suspecta
 est, ut nonnunquam species pacis (*Hs. paucis*) plus formidinis, 10
 aperta vero facies plus securitatis nobis ferat. in omni enim
 treugarum compositione ita sese agunt, ut voluntate quidem
 bellum optent, necessitate admittant pacem, furore adversum
 nos bella, metu pro nobis consulente ea que pacis sunt.

Est vero in hac nostra marchia civitas Vienna, que olim 15
 oppidum, sicut hodie, quia vetustissimus monstrat murus, a Ro-
 manis conditum Favianis dicebatur, nulli (*Hs. nunc*) autem om-
 nium (*Hs. omnino*) urbium, quas vel in Germania vel Gallia vel
 Ytalia viderim, inferior. que quia amenissimi situs specialem prin-
 cipum nostrorum semper meruit favorem, spreto antiquo Roma- 20
 norum limite in grandem (154') satis excrevit civitatem, ita ut jam
 merito, non mole quidem magni corporis, sed usu mire ubertatis
 potissimis sit urbibus etsi non preferenda, conferenda tamen.
 a muris ejus parvissimo intervallo is quem predixi Danubius
 magno impetu preterlabitur. montes a tergo versus septentrionem 25
 confertissimis excultos vineis portat, quarum charissimus liquor
 ita bibentem reficit, ut Falernum querere sit nefas. ad occi-
 dentale latus munitur nemoribus magnorum roborum et venatui
 aptissimis. ad orientem vero ac meridiem planam agrorum fa-
 ciem et plerumque campanias intersertas monstrat. florentissimis 30
 eciam paradisis ornatur juxta decursum fluminis, et cum sit
 veluti porta quedam hiis, qui vel Ytalam vel Gallias petunt,
 in hoc tamen speciale preconium sibi vendicat, quod ad eam

1 orientalis — dicitur = *SB. 150, 2, 14.* 5 l. est erepta. *Diese verworrenen Angaben beziehen sich wohl auf die siegreichen Kriege der Deutschen gegen die Ungarn in den Jahren 1042—1044.* 11 vielleicht plus securitatis vero aperta facies nobis ferat. 19 ff. zu dieser enthusiastischen Beschreibung von Wien vgl. die verstreuten Notizen aus Gutolfs Grammatik a. a. O. *SB. 150, 2, 14 f.*